

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regularum Philosophicarum Disputatio XXII. eaque ultima continens
Regulas IX. pertinentes ad doctrinam Propositionum

urn:nbn:de:bsz:31-102400

bonum, quàm civitati, cujus non sum pars. Et hoc videtur Philosophus dicere in literâ, (scilicet idem est bonum uni & civitati, majus & perfectius erit, quod civitati) unde si idem bonum sit mihi & civitati, quod contingit, si sum pars civitatis, tunc majus bonum, & perfectius est procurare bonum civitati, quàm mihi ipsi. Vel forte posset aliquid esse ita excellens bonum mihi, quod esset modicum bonum toti civitati, & tunc magis teneor procurare id bonum mihi, quàm toti civitati, cujus sum pars. Unde magis debeo magnum bonum civitati, quàm modicum bonum mihi procurare. Unde respiciendum est ad quantitatem boni. Et per hoc solvitur dubitatio. Hæc Burlæus,

Regularum Philosophicarum
DISPUTATIO XXII.

eaque ultima,

continens

REGULAS IX!

pertinentes ad doctrinam

PROPOSITIONUM.

Vidimus hæcenus Regulas quæ τῶν ἀπεν σπυρολογῆς, seu terminos ipsos simplices concernunt, claudet agmen Titulus, sub quo Regulæ nonnullæ de propositionibus militabunt.

REGU.

REGULA I.

Talia sunt subiecta, qualia permittuntur esse à suis prædicatis.

I. Intelligendum ait esse Johannes de Rhada *Part. III. Contr. IIX. a. IV.* de suppositione eorum materiali simplici vel personali: nempe *subiectum sumitur materialiter, aut simpliciter, aut personaliter, prout poscit vel permittit prædicatum.* Ut si dicamus: *Homo est tertia declinationis; Homo est species,* præsupponitur, hæc propositiones esse veras, quod quidem à nemine indubium vocatur, subiectum *homo* in priori non sumendum est nisi *materialiter*, pro voce nimirum, quia prædicatum, *esse tertia declinationis*, non de re, sed de voce tantum verè prædicatur, nec permittit, ut *homo* aliter accipiatur. In posteriori debet sumi *simpliciter*, quia speciem esse non aliter competit homini, quam si simpliciter, id est, pro communi conceptu tantum sumatur. At si dicamus: *Homo ambulat; homo* nec pro voce nec pro naturâ aut conceptu hominis in communi accipi potest, sed debet sumi pro inferioribus, nempe individuis hominis; quia ambulare neque vox potest, neque id naturæ, ut communis & ab individuis abstracta est, competere potest, sed tantum ratione individuorum seu singularium.

II. Puto tamen, Regulam extendendam esse, ut

u. & f.
complec
sander n
ad anim
prædicat
us de c
III. N
ita dicer
permittit
etiam fo
nale est f
sequitur
Quidam
homo, e
simpliciter
iter par
des est v
tum, nec
quia sub
per in p
gulam &

Quam
cedo

I. N

at & suppositionem propriam & impropriam complectatur. Nam cum dico: *Candor est virtus*; *candor* non propriè pro colore, sed impropriè, ut ad animum translata vox est, debet sumi, quia prædicatum *virtus* non aliter permittit, cum *virtus* de colore non possit verè prædicari.

III. Nec dubito, quin commutatis terminis ita dicendum sit: *Talia sunt prædicata, qualia permittuntur esse à suis subjectis*. Et sic usurpari etiam solet. Et certè si cum dico: *Homo est species*; tale est subjectum, quale permittitur à prædicato, sequitur, cum propositionem converto & dico: *Quadam species est homo*; tale esse prædicatum *homo*, quale permittitur esse à subjecto, nempe simpliciter accipi, cum subjectum *species*, non aliter patiat. Ita cum Christus dicit: *Herodes est vulpes*, quomodo sumendum sit prædicatum, nempe metaphoricè, ex subjecto discimus, quia subjectum respuit sibi conjugii vocem *vulpes* in propria significatione. Vide circa hanc Regulam *Vat & quæz. P. I. T. I. Disp. LXX. n. 3 & 4.*

REGULA II.

Quando conditionalis est vera, si ejus antecedens est necessarium, etiã consequens est necessarium. Thomas P. I.

q. XIV. a. XII.

I. Non videtur hæc Regula vera esse, quia sequere.

queretur aliàs absurdum, nempe homines peccare
ex necessitate. Argumentum sit hoc:

*Si Deus ab aeterno præscivit Antichristum vel
quosque alios homines peccaturos, pecca-
bunt.*

*Hæc propositio conditionalis vera est, & antec-
edens est necessarium.*

*E. ut posita Regula etiam consequens necessari-
um est.*

II. Ad hanc difficultatem, quæ Autores diu
multumque torfit, expedite responderi Becanus
Part. I. Theol. Schol. Tr. I. cap. X. Quæst. XII. §. 7.
& s. cujus verba apponemus: *Illæ Regulae Dia-
lecticorum, inquit, quando conditionalis propositio
est vera, si ejus antecedens est necessarium, etiam
consequens est necessarium, locum habet, quando
antecedens est necessarium ex intrinsecâ connexio-
ne terminorum, non autem, quando solum est ne-
cessarium ex accidenti seu ex suppositione. Constat
autem, hoc antecedens: Deus præscit Antichri-
stum peccaturum, non esse necessarium ex intrinse-
câ connexione terminorum, quia præscientia DEI
non habet intrinsecam connexionem cum peccato
& Antichristi. Est tamen necessarium ex supposi-
tione, quia positò, quod Antichristus sit peccaturus,
non potest hoc DEUS ignorare. Hæc solutio
brevis & clara est. Potest tamen aliter & sub al-
iis terminis explicari. Duplex enim necessitas est
aliter.*

licuius
su conse
ntur ex
aliquo ad
causa, ne
cessarium
venit à c
rans seu
causa am
ne effect
si proven
sistere; p
sederit;
Hæc nec
supponit
peccatur
antes de
necessita
perante
positione
christus
rum esse
ut. N
prove

discimus effectus; una antecedens, altera comitans
 seu consequens. Antecedens necessitas est, quæ o-
 ritur ex causa antecedente, & necessario operante,
 atque ad unum determinatâ. Positâ enim tali
 causa, necessario sequitur effectus. Hoc pacto ne-
 cessarium est, Solem cras oriri, quia ortus Solis pro-
 venit à causa necessaria & determinata. Comi-
 tans seu consequens necessitas est, quæ non oritur ex
 causa antecedente & necessaria, sed ex ipsa positio-
 ne effectus, etiamsi effectus liber sit, & à libera cau-
 sa proveniat. Hoc pacto necessarium est, Petrum
 sedere;posito quod sedeat; aut sedisse,posito, quod
 sederit; aut sessurum esse,posito, quod sessurus sit.
 Hæc necessitas non tollit libertatem, sed potius præ-
 supponit. Quod ergo Deus præsciat, Antichristum
 peccaturum, est quidem necessarium, non tamen
 antecedente, sed consequente necessitate. Illa enim
 necessitas non oritur ex aliqua causa necessario o-
 perante, quæ precedat peccatum, sed oritur ex ipsa
 positione futuri peccati. Positô enim, quod Anti-
 christus liberè sit peccaturus, necesse est, peccatu-
 rum esse, & Deum hoc non ignorare, qui omnia no-
 vit. Nihilominus, quod sit peccaturus, hoc non
 provenit ex aliqua causa antecedente, quæ
 urgeat aut necessitet illum ad pec-
 candum. Hæc Be-

canus.

REGU.

REGULA III.

*Veritas enuntiationis de præteritò aut futurò
pendet à veritate enuntiationis de
præsenti.*

Vcl ita:

*Omnis enuntiatio de præteritò aut futurò vera,
fuit aut erit aliquando vera
de præsentì.*

I. Ut verum est: *Aristoteles* audvit *Platonem*,
quia fuit tempus, quò hæc vera fuit: *Aristoteles*
audit Platonem. Similiter hæc est vera: *Extremum*
judicium erit, quia aliquando verum erit dicere:
Judicium extremum est. Falsum autem est, si de
cas. *Petrus fuit Roma*, si nullum tempus fuit, in
quò hæc vera fuit: *Petrus est Roma*.

II. Contingit autem exceptio in duobus pro-
positio: p̄m generibus, sicut habet *Durandus III.*
dist. XII. q. I. (1.) in propositionibus universalibus.
Nam verum est, si dicam: *Omnes Israelitæ, qui cū*
Mose exierunt ex Ægypto fuerunt mortui, nullum
tamen tempus fuit, quo hæc de præsentì: *Omnes*
Israelitæ, qui cum Mose exierunt ex Ægypto, mor-
riuntur, fuerit vera, quoniam scilicet non simul,
sed diverso tempore mortui fuerunt. (2.) *In termi-*
mine accidentalibus. Nam si paries heri fuisset
nigros, & hodiè esset dealbarus, verum esset, si ho-
diè dicerem: *Hoc album heri fuit*; & tamen heri
fal-

falsum
rum jam
sib) fuit
& tamen
ceptus,
falsum
stabant

Adver
mne

I. De
ex Dur
notatu
trado,
sit, & e
constet
licet ex
Exc
contin
tunc er
tatur p
verum
& tam
or

fallum fuisset, si dixissem: *Hoc album est.* Sic verum jam est dicere: *Hic homo* (loquendò de Christo) *fuit antequàm conciperetur in utero virginis;* & tamen, si quis ante illud id tempus, quò fuit conceptus, in præsentì tempore dixisset: *Hic homo est;* fallum dixisset, quæ quidem ex seqq. magis constabunt.

REGULA IV.

Ad veritatem propositionis requiritur, ut omne id, quod significatur voce prædicati, conveniat subjecto,

I. Desumimus hanc & seqq. duas propositiones ex Durano l. c. & videntur mihi valdè utiles, & notatu dignæ. Ita ut hæc sit vera: *Hoc, quod tibitrado, est poculum aureum,* oportet ut & poculum sit, & ex aurò constet. Quod si vel ex aurò non constet, licet poculum sit, vel poculum non sit, licet ex auro constet, locutio falsa erit.

Excipiendum autem est; quando in prædicato continetur determinatio alienans vel diminuens: tunc enim necesse non est, ut omne, quod importatur per prædicatum, conveniat subjecto. Ut verum est, si dicam: *Cadaver est animal mortuum;* & tamen *animal esse* ipsi non competit. Ita hæc oratio: *Ethiops est albus secundùm dentes,* est vera, cum tamen albus non sit.

Nnn

RE-

REGULA V.

Ad veritatem propositionis non requiritur, ut predicatum conveniat subiecto secundum omne id, quod significatur aut implicatur in subiecto, sed sufficit, si conveniat ipsi secundum aliquid quod per ipsum importatur.

Nam ista vera est: *Hoc album currit*: ubi in subiecto duo importantur, nempe *materiale*, ut *animal*, & *formale*, ut *albedo*. Curriere convenit huic albo non secundum omne id, quod per vocem (*album*) significatur, quia non convenit ipsi secundum quod album est, sed solum ratione suppositi, cui albedo inest. Ita Christus dixit: *Ego sum, antequam Abraham erat*, cum tamen esse, antequam Abraham erat, competat Christo non secundum omne id, quod voce hâc significatur, quia non competit ipsi ratione humanæ naturæ; sufficit, quod coveniat ratione suppositi aut divinæ naturæ.

REGULA VI.

Ad veritatem propositionis requiritur, ut vane, quod implicatur in subiecto, conveniat subiecto eo tempore, quo fit implicatio.

Hoc est. *Quamvis non necesse sit, ut predicatum conveniat subiecto secundum omne id, quod in subiecto implicatur, seu per illud importatur, oportet tamen, ut id, quod implicatur in subiecto, conveniat eo tempore, quo fit implicatio, h. e. ut ego intelligo, eo tempore, quo propositio profertur. V. g. si jam dicas; Homo albus currit; & jam nullus ho-*

mo sit a
albedo in
non est. i
tem esset
(monstra
proptere
lata, & in
tio pari
ctio seu
ille fuit a
heri erat,
conjunct
ries dica
propter
datur, le
sem: Hi
Christo
fuit: qui
inter cor
jacente
de Chri
fuit, qui
humana
supposit
maliter

A prop
v

mo sit albus, propositio est falsa, propterea, quòd
 albedo in subjectò jam implicatur, quæ in eò tamẽ
 non est. Ita si paries hic heri fuisset niger, hodiẽ au-
 tem esset dealbatus, & ego heri dixissem: *hoc albũ*
 (monstratò pariete istò) *est*, propositio fuisset falsa,
 propterea, quòd hesternò die, quò propositio pro-
 lata, & implicato circa subjectum, nempe conjun-
 ctio parietis & albedinis, facta fuisset, illa impli-
 catio seu conjunctio nondum fuit: nondum enim
 ille fuit albus. At si hodiẽ dicerem: *Hoc album*
heri erat, propositio esset vera, quia hodiẽ est illa
 conjunctio parietis & albedinis, quæ sufficit, ut pa-
 rietis dicatur albus hodiẽ, neque aliud quid deest,
 propter cujus absentiam propositio illa falsa red-
 datur. Ita si de Christò intra triduum mortis dixis-
 sem: *Hic homo est*, propositio fuisset falsa, quia in
 Christò implicatur humana natura, quæ tũ non
 fuit: quia, ut humana natura sit, requiritur unio
 inter corpus & animam, quæ Christò in sepulchrò
 jacente fuit dissoluta. At alia ratio est, si jam dicam
 de Christò: *Hic homo vel Christus in triduo mortis*
fuit, quia id, quòd in subjectò implicatur, nempe
 humana natura, cum supposito divino unita ipsi
 supposito jam convenit, & est Filius Dei jam for-
 maliter homo. Unde hæc propositio jam est vera.

REGULA VII.

*A propositione affirmativã finitã ad negati-
 vã infinitã, & vice versã, valet con-
 sequentia.*

RE

A propositione negativâ ad affirmativam infinitam, & contra, valet consequentia.

I. Propositio finita est, cujus tam subjectum, quam prædicatum est finitum, ut: *Alexander est Rex.* Infinita est, cujus aliquis terminus est infinitus. Quid autem sit terminus finitus aut infinitus, manifestum est. Nimirum ille est finitus, qui negationem expressam non habet in principio: ut *homo, arbor.* Infinitus est qui constat ex finito & particulâ negativâ præposita: ut *non-homo, non-arbor.*

II. Porro infinita propositio triplex est: vel ex parte subjecti tantum, ut *non-lapis est animal;* vel ex parte prædicati tantum, ut *lapis est non-animal;* vel ex parte utriusque, ut *non-lapis est non-animal.*

III. Inter propositionem finitam & infinitam de subjecto infinito nulla est consequentia, cujus aliquam rationem vide apud Zabarellam in *Tabb.* Inter infinitas verò propositiones ex parte prædicati datur consequentia atque æquipollentia cum finitis. Etenim ex affirmativâ finitâ sequitur negativa infinita, & vice versâ: ut *Petrus est homo. E. non est non-homo.* Similiter ex affirmativâ infinitâ sequitur negativa finita, & vice versâ, ut: *Socrates est non sapiens. E. non est sapiens.* Inter duas af-

fir-

firmati
tur conle
de Interp
retur affi
sive hâc
Petrus e
verè affi
gativa fin
versâ, (u
tur: Petr
negarent
dium.

IV. V
sitiones, d
tes cautio
salis. No
doctus. E

V. II.

Nam si ej
cessaria e
mopote st
in statu in
tuit pecc

VI. II

conjuncti
tua est cor
non est an
mal intele

VII.

affirmati

firmativas verò, & inter duas negativas nulla datur consequentia: quod significavit Aristoteles *II. de Interp. c. I.* Si enim ex affirmativa finita sequeretur affirmativa infinita, & vice versâ, (ut si ex hæc: *Petrus est doctus*) sequeretur ista: *Petrus est non doctus*) tunc contradictoria verè affirmarentur de eodem. Si verò ex negativa finitâ sequeretur negativa infinita, & vice versâ, (ut si ex hæc: *Petrus non est doctus*, sequeretur: *Petrus non est non doctus*) duo contradictoria negarentur de eodem, & sic inter ea daretur medium.

IV. Valet autem consequentia inter eas propositiones, de quibus dixi. Modò observentur sequentes cautiones: *I Ex particulari non infertur universalis.* Non enim sequitur: *Quidam homo non est doctus. E. omnis homo est non doctus.*

V. II. *Totum predicatum oportet esse infinitum.* Nam si ejus tantum aliqua pars sit infinita, non necessaria est consequentia. Ita non sequitur: *Homo potest non scribere. E. non potest scribere. Adam in statu integritatis potuit non peccare. E non potuit peccare.*

VI. III. *Quando predicatum negative finita est conjunctum, ad affirmativam infinitam non perpetua est consequentia.* Non enim sequitur: *Brutum non est animal intelligens. E. Brutum est non animal intelligens.* Prior enim vera est, posterior falsa.

VII. IV. Notandum, quod consequentia inter affirmativam infinitam, & negativam finitam in
 Nuu 3 pro

Propositionibus reduplicativis, & que fiunt cum voce per se & similibus, non fit mutua. Licet enim in illis ex affirmativâ infinitâ sequatur negativa finita (ut ex hæc: Homo, quatenus homo, est non-bestia: sequitur: Homo, quatenus homo, non est bestia) tamen ex negativâ finitâ non sequitur affirmativa infinita. Ex hæc enim; Homo quatenus homo non est albus; non sequitur ista: Homo quatenus homo est non albus: Prior enim vera est, posterior autem falsa, quod probò:

Quicquid convenit homini, quatenus est homo, convenit homini omni & semper, ejusque contrarium nunquam alicui homini competit.

Jam non album convenit homini quatenus est homo.

E. non album omni homini & semper convenit, neque ejus contrarium unquam alicui homini convenit.

Conclusio est absurda: siquidem multi homines sunt albi. Major est verissima: quicquid enim convenit alicui, quatenus ipsum, convenit ipsi omni & semper, nec ejus contradictorium unquam illi convenire potest. Absurda igitur est minor. Videatur Cajetanus in opusculo: de ente & essent. c. IV. q. VI.

REGULA IX.

Ab est tertii adjecti ad est secundi adjecti, valet consequentia.

I. Enunciationes simplices cum Nicolaô Mo-

scienti

scienti
enim fun
vo. Illæ it
tertio.

II. E
di adjecti
nullâ alia
est, eolum
in qua po
illud sequ
ruptibile.

III. U
verbo ad
de illis ju
adjecti.

c. V. ait,
mo contri
mo amba

IV. C
adjecto l
quod lic
bus. E. p

Non lic
in toto r
reperit
lupus est
sum. 2. C

sa est spe
ista pro
vera sit

sciendi *Lib. III. Inst. Log.* facimus duplices: quædam enim sunt *de verbo substantivo*, quædam *de adjectivo*. Illæ iterum sunt *vel de secundo adjacente*, *vel de tertio*.

II. Enunciatio *de secundo adjacente*, seu *secundi adjecti* est, in quâ *verbum substantivum* ponitur. nullâ aliâ voce pro *predicato* ibi *apposita*: ut *homo est, cælum est*. Enunciatio *de adjacente tertio* est, in qua *ponitur verbum substantivum*, nomine *post illud sequente*: ut *homo est mortalis, cælum est corruptibile*.

III. Ubi & hoc notamus: *Enunciationum de verbo adjectivo eandem esse rationem*, idemque *de illis judicandum*, quod *de illis, quæ tertii sunt adjecti*. Idque docet *Aristoteles*, cum *V. Metaph. c. V.* ait, *nihil differre, homo est convalescens, & homo convalescit; homo est ambulans vel secans, & homo ambulat vel secat*.

IV. Quæritur jam, *an ex propositione de tertio adjecto liceat inferre propositionem de secundo?* Et quod *liceat*, patet inde, quia *sequitur: Paries est albus. E. paries est. Homo est ambulans. E. ambulat*. Non licere autem, *perspicitur* 1. inde quod *positio*, in toto mundo non dari *lupos*, sicut in *Anglia* non *reperiuntur*, non *sequitur: Lupus est animal. E. lupus est*, quia *illud in eo casu verum esset*, hoc *falsum*. 2. Quod in *hyeme* hæc *propositio vera sit: Rosa est species; falsa tamen ista: Rosa est*. 3. Quod etiam *ista propositio: Adam (primus homo) est non sedens vera sit; hæc tamen: Adam est, falsa*.

Nnn. 4

V.

V. Pro explicatione dico: *Regulam non valere in propositionibus necessariis & essentialibus*, quandoquidem in hisce prædicatum convenit subjecto, etsi non existat. Uade si nulli lupi essent in rerum natura, hæc propositio esse vera: *Lupus est animal*; falsa autem hæc: *Lupus est*.

VI. Quantum ad *propositiones accidentales*, nõ valet Regula I. quando prædicatum est extrinsecè denominans ab actu intellectûs, appetitus, phantasia, & si quæ alia est facultas animæ, quæ versatur circa objectum absens vel non existens. Unde hæc propositiones sunt veræ: *Eclipsis præscitur*, *sanitas amatur ab aegro*; *rosa est species*; & istæ sunt falsæ: *Eclipsis est*; *sanitas est*; *rosa est*.

VII. Dixi autem, quando *prædicatum est extrinsecè denominans ab actu intellectûs*. & c. quia eorum, quæ intrinsecè denominant, item quæ extrinsecè à sensibus, aut aliis rebus denominant, alia est ratio. In hisce enim ab est tertii adjecti, ad est secundi adjecti valet consequentia. Ut: *Paries est albus*. *E. est*. *Homo ambulat*. *E. homo est*. *Paries conspicitur*. *E. est*. *Ignis calefacit*. *E. ignis est*.

IX. II. Non valet, quando *prædicatum est purè negativum*. Ut non sequitur: *Adam est non sedens*. *E. Adam est*. Dixi purè negativum, quia privativorum eadem est ratio, quæ positivorum. Nam privativorum quædam sunt talia, ut opponantur terminis denominantibus intrinsecè: & sic ipsa etiam dici possunt intrinsecè denominan-

tia, ut co
intrinsecè
modi, u
extrinsecè
nantia v
Cognitu
dicitur à
gnoscutu
secundi
prædicat
E. homo

IX.

est extri
tius an
tremus
do futu
latius d
Disp. I.

X.

oppo
nans:
Petrus

XI.

cidens
ipsi op
& mor
anima
tollit
mores

ita, ut *cæcum*, quod opponitur *videnti*, quod est intrinsecè, denominans. Quædam sunt hujusmodi, ut opponantur terminis denominantibus extrinsecè; & sic ipsa etiam extrinsecè denominantia vocari possunt, ut *incognitum*, *irreperitum*. Cognitum enim, cujus privatio est *incognitum*, dicitur à cognitione, quæ est extra id, quod cognoscitur. Jam dico: *Ab est tertii adjecti, ad est secundi adjecti, valet consequentia, etiam quando prædicatum est privativum*, ut: *Homo est cæcus. E. homo est; Aer est tenebrosus. E. aer est.*

IX. Exceptio autem est, quando privativum est extrinsecè denominans ab actu intellectus, appetitus aut phantasia. Non enim sequitur: *Dies extremus est incognitus*, (quatenus nescimus quando futurus) *E. Dies extremus est.* Sed omnia ista latius deducta vide superius circa *Partis præced.* *Disp. I. Reg. IV.*

X. Dicis: *Mortuum* est terminus privativus, oppositus viventi, quod est extrinsecè denominans; nec tamen sequitur: *Petrus est mortuus. E. Petrus est.*

XI. Potest responderi: *Mortuum* non esse accidens seu prædicatum accidentale hominis, sed ipsi opponi: quod patet ex rationibus hominis & mortui. Essentia enim hominis est, *esse corpus animatum, seu vivum*. Quoniam igitur *mortuum* tollit rationem vivi, & opponitur ipsi, sequitur *mortuum* etiam homini opponi.

Non §

XII.

XII. Sed dicis: Hæc propositio est vera: *Homo est mortuus. E. mortuum* homini non opponitur, quia oppositum de opposito verè non prædicatur.

XIII. Resp. Subjectū illius propositionis, nempe *homo*, non esse hominem, qui jam vivit, & verè est homo, sed ampliandam ejus esse vim ad præteritum. Sic enim vera est ista propositio: *Homo, qui est, vel fuit, est mortuus*. Quam responsionem suppeditat Cajetanus in *prædicabilib. c. IV.*

XIV. Potest etiam responderi; quando prædicatum in propositione de tertio adjecto tempus præteritum vel futurum connotat, verbum in propositione de secundo adjecto ponendū esse in eodem tempore, quod prædicatum connotat; aut ampliandū esse ad illud tempus, quod fit cum disjunctione, ut *Petrus est viduus. E. fuit, vel est. Quidam Imperator est oppugnaturus Turcas. E. quidam Imperator est vel erit*. Sic ergo & in hoc sequitur: *Homo est mortuus. E. homo fuit. Vel; E. homo est vel fuit*. Idem attendendum est in verbis adjectivis propositionum tertii adjecti, ut *Petrus ambulabit. E.*

Petrus est vel erit. Quidam Imperator oppugnabit Turcas. E. quidam Imperator est vel erit.

ATQUE HISCE SIC REGULARUM PHILOSOPHICARUM EXPLICATIONEM.

FINIMUS D. T. M. S. L.